HIERONYMUS
Admont (?), 1. Hälfte 12. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26077
Copyright: Admont, Benediktinerstift



saliens in uitam aeternam. Et infra. Si quis sitit. ue
niat ad me & bibat. Qui biberit de aqua quam
ego dabo ei. flumina de uentre eius fluent aque
uiue. Hoc autem inquit euangelista dicebat de
spiritu sancto. quem credentes in eo accepturi erant.
Quia quondam deserta quondam ecclesie multitudo aquis
uitalibus fuerat irrigata. propterea iuxta lxx nas
centur in ea cedrus & buxus & myrtus & cy
pressus & populus. Iuxta hebraicum & ceteros
interpretes cedrus setta & myrtus & lignum oliue
& abies & ulmus & buxus simul. que uarietates
arborum diuersitatem significant gratie spiritalis.
Et quia omnibus natura earum nota est. de setta tan
tum hebraico disseramus. quam spinam theodotio
uertit. Est autem genus arboris nascentis in de
remo. spine albe habens similitudinem. unde
omnia ligna arce tabernaculi facta sint instru
mentum. que appellantur sittim. Id est lignum impu
tibile & leuissimum omnium lignorum tamen in forti
tudine quam minore soliditatem superat & pul
chritudinem. Cedrus autem & cypariss[illegible] & myrtus
odoris optimi sunt & imputibiles. Ulmus quoque &
populus sine buxus. uel martandis uinibus iun
gunt. uel ad diuersa opa aptissime sunt. Hec
autem omnia parum ponuntur in solitudine. ne
saltum una corda de cythara dni. & aliqua
uirtus gratiarum. ecclesie de ea uideatur. ut omnis
intellegant & parum mente cognoscant.
quia manus dni hec uniuersa perfecerit. &